



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 19. Circa Communionis Ritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

Seccio II. De Eucharistiâ, Problemata. 83

PROBL. CX.

Clerici Diacono Inferiores, & Laici possunt aliquando, & non possunt communicare se ipsos.

⁴⁵⁴ Minime possunt. Quia cum in cap. *Præ-*
sentis, dist. 9.3. in casu necessitatis soli Dia-
cono concedatur facultas Eucharistiam mini-
strare, videtur in eo etiam casu ceteris denega-
ri. Et quia necessitas Eucharistiæ non est tanta,
ut Clerici Diacono inferior, aut Laicus possit
in articulo mortis Eucharistiam sibi sumere,
haud communi Ecclesiæ ritui asseruato. Et quia
nemo potest Eucharistiam sibi sumere nisi de
voluntate saltem præsumpta Pastoris, vel Ec-
clesiæ. Sed hæc facultas nec habetur expresse
nec potest prudenter præsumi. Ergo nec Cle-
ricus Diacono inferior, nec Laicus potest sibi
Viaticum sumere. Sic Præposit. 3. p. 9. 8. art. 3.
dub. 1. n. 11. Valq. d. 2. 19. n. 18. Hurtad. de *Euch.*
dist. 1. 1. diff. 1. Tanner. tom. 4. d. 5. q. 8. *dub. 8.*
n. 182. Sylvest. Armil. Tabie. Ledesm. Sotus, Ca-
ther. quos sequitur Fagund. *præc. 3. l. 3. c. 3. n. 8.*

⁴⁵⁵ Possunt proculdubio. Quia nullo iure diuino
prohibetur: Canonum autem in Cap. *Perue-*
nit, de consecr. d. 1. Non solum necessitatem gra-
ue, sed quamlibet moralem sufficere decernit,
ut Diaconus à Pastore iussus Eucharistiam mi-
nistret. Ergo non est, cur Clericus Diacono in-
ferior, aut Laicus nequeat seipsum communi-
care, quoties in articulo mortis viget præceptum
diuinum Communionis: & Salus eius æterna
foris à Communionem pendet, si sit solum at-
ritus, & nequeat aliud accipere Sacramentum.
Fauet Regine Scotiæ exemplum, quæ Marty-
rium subitura prius Eucharistiam, quam apud se
habebat, propriis manibus sumpsit cum omnium
laude. Ita Caiet. Mat. 26. *Suar. dist. 7. 2. sect. 3.* Va-
lent. to. 4. *dist. 6. q. 1. o. punct. 1.* Fill. *tr. 4. n. 285.* Gra-
mad. 3. p. contr. 6. tr. 1. 2. *dist. 1. n. 4.* Laym. l. 3. *tr. 4.*
c. 7. n. 4. Diana 3. p. *tr. 4. resol. 47. & p. 5. tr. 3. resol.*
47. Probabilem dicunt esse Coninch. *quest. 82.*
n. 27. & Card. de Lugo d. 18. n. 23.

⁴⁵⁶ Primam sententiam communionem esse non
abnego: sed secundam sufficientem harentem
probabilitati, & quæ tuto possit in praxim re-
ducim, mihi eligo. Reor enim, prudenter præsu-
mi hoc in casu Pastoris voluntatem vel imme-
diatam, vel saltem mediatam. Cum autem id rari-
simè contingat, non mirum, si nec Ecclesiæ, nec
Pastores factum approbent, vel improbent. Et
quidem legi apud Auctores factum Regine Sco-
tiæ satis approbari, & commendari, & quodlibet
simile panter laudibus efferrem.

CAPVT XIX.

Circa Communionis Ritum.

PROBL. CXI.

Præceptum diuinum aliquando fuit, & præ-
ceptum diuinum nunquam fuit indictum
Laicis sub vtraque specie communicandi.

⁴⁵⁷ *Indictum* fuit à Christo Do-
mino præceptum communicandi
sub vtraque specie, durauitque per
aliquod tempus: sed jam Ecclesiæ

vel declarauit cessauisse præceptum eiusmodi,
vel in illo iustis de causis dispensauit. Probatur.
Quia scripturæ verba quibus ostenditur Eucha-
ristiæ necessitas, pariter probare videntur, su-
mendi vtramque speciem, necessitatem. Si qui-
dem de vtrâque dixit Dominus Ioan. 6. *Nisi*
manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis
eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ergo
vel concedendum est præceptum vtriûsque spe-
cici, vel negandum præceptum communicandi.
Sic quidam Catholici, quos suppresso nomine
memorat Franc. de Lugo de *Sacram. l. 4. c. 12. n. 2.*
Claud. de *Saintes repetit. 1. o. c. 4.*

Nullum fuit vnquam præceptum diuinum
obligans Laicos ad communicandum sub vtrâ
que specie. Quia id definitur in Concilio
Constantiensis sess. 13. & potissimum in Tri-
dentino sessione 21. capite 1. ubi probat hanc
conclusionem ex scriptura, & Ecclesiæ ex sen-
su, ac praxi. Docent D. Thomas *part. 3. que-*
stione 80. art. 1. 2. Valq. *dist. 2. 16. c. 1. & 3.* Valent.
to. 4. *dist. 6. q. 6. punct. 5.* Bellar. apud Lugo citat. n. 5.

Profecto quamvis Christus in vltimâ Cœnâ
Sacramentum hoc instituit, & Apostolis tradidit
sub duplici specie, non ideo fideles omnes ad
vtramque recipiendam adstrinxit. Vnde illa
verba, *Hoc facite in meam commemorationem*,
ad omnes fideles dirigi fateor, non tamen
eodem modo, sed iuxta munus singulorum,
videlicet, ut illam actionem prout ad singu-
los spectat, singuli præstent: Sacerdotes offe-
rendo, consecrando, sumendo speciem vtra-
que; Laici verò sumendo, vel vnâ, vel
vtramque iuxta Ecclesiæ determinationem.
Nec ex Ioan. 6. in illis vel similibus verbis
speciem vtramque complectentibus colligitur
diuinum præceptum communionis sub
vtraque specie. Cum sæpius etiam asserat de
solo pane Christus Dominus: *Siquis manduca-*
uerit ex hoc pane viuet in æternum: Panis quem
ego dabo, caro mea est pro mundi vitâ: Qui man-
ducet hunc panem, viuet in æternum. Assero igitur
hanc veram, & Catholicam esse sententiam,
aliâque posse minimè sustineri.

PROBL. CXII.

Sine Ecclesiæ dispensatione nunquam po-
test, & aliquando potest Laicus
Sanguinis speciem absumere.

⁴⁶⁰ SUppono Ecclesiâ iustis de causis fuisse ad-
ductam, ut communionem Laicis sub vtrâ
que specie prohiberet, quâ ipsâ annuente olim
fideles utebantur. Hæc fuerunt vitandarum hæ-
resum studium, de quo Bellarm. de *Euchar. c. 18.*
Effusionis periculum. Vfus vini difficilis in
regionibus septentrionalibus, Abstemis mo-
rem gerere. Ut Sacerdotes in hoc Laicis ex-
cellerent, si non fructu, saltem significationis
magis expressæ Dominicæ passionis, atque. Et
quamvis aliquo gratiæ augmento priuarentur
Laici, merito potuit Ecclesiâ magis reuerentiæ
Sacramenti, quam sumentium prospicere vtili-
tati. Igitur Ecclesiâ, quæ prohibuit Laicis sub
vtrâque specie communionem, potest dispen-
sare in hac prohibitione, cum sit solius iuris Ec-
clesiastici: validè quidem sine causâ, licet verò,
si causâ sublit. Hoc præmissis, quaeris, an ali-
quando Laicus possit sine Ecclesiæ dispensatio-
ne sumere sanguinis speciem?

Nun

ESCOBAR
Theol. Moral.
Tom. II. IV.
F. IV.

461 Nunquam potest. Quia cum Ecclesia sum speciei sanguinis prohibuerit ob tot iustissimas, quas reuli causas, nefas erit, si secularis sine Ecclesiae dispensatione quacumque causa ausus fuisset Sanguinis speciem absumere. Sic Sorus in 4. distinct. 13. quaest. 2. articul. 6. ad 1. Tolet. lib. 2. cap. 9.

462 Sine dispensatione Ecclesiae potest Laicus sumere sanguinem ob euitandam Sacramenti irreuerentiam. Quia praeceptum Ecclesiasticum ob maiorem Sacramenti reuerentiam indutum non obligat cum maiori irreuerentiae periculo. Ita Suari. d. 71. sect. 1. Vasq. d. 216. c. 2. & 3. Coninch. q. 83. n. 271. Filliuc. tr. 4. n. 203. Fagund. prac. 3. l. 3. cap. 4. Diana par. 5. tract. 3. resol. 34.

463 Si Sacerdos post consecratum, & ante sumptum Calicem deficiat, nec adsit alius Sacerdos à quo possit absumi, sed prudenter timeatur species vini consecratas in infidelium manus deventuras, vel effundendas, vel corrumpendas: quis dubitet posse Laicum illas ieiunum, aut si instet periculum non ieiunum exhaurire? similiter si sanguis Dominicus in terram profundatur, nec adsit Sacerdos, qui velit illum lambere, potest lambere Laicus, ut contra nonnullos Suar. Filliuc. & Fagund. edocent, Monuerim tamen esse cauendum scandalum, & curandum, ut reuerenter admodum Sanguis facerimus recipiatur.

PROBL. CXIII.

Sacerdos potest, & non potest, cum celebrat, diuidere hostiam consecratam ad Laicum communicandum.

464 Non potest, nisi rite Viaticum exhibeat. Nullatenus potest, nisi moribundus aliter non valeat Viaticum accipere. Quia Sacerdos consumere debet totum Sacrificium, quod sibi sumendum destinauit. Ergo solum ob morientis necessitatem, si alia Hostia non sit poterit Hostiae particulam communicanti praebere. Sic Graff. p. 1. lib. 1. c. 33. n. 31. Zambr. c. 3. dub. 6. n. 7. Zanard. p. 1. de Euchar. c. 9. n. 13.

465 Potest extra Viaticum occasionem. Cum non suppetit alia forma consecrata dari potest pars Hostiae principalis Laico solum ex deuotione communicare volenti. Quia sacrificium non definit esse perfectum ob talis particulae dispensationem: nec itrogatur iniuria, vel irreuerentia sacrificio, si participes fiant adstantes fructus realis Hostiae, partem eius realem suscipiendo, sicut participant fructum ipsius spiritualis. Ita Antonin. Syluest. Palud. Angel. quos sequitur Henric. lib. 8. cap. 46. n. 2. lit. E. Bonac. d. 4. q. 5. punct. 1. num. 14. Sa v. Euchar. n. 15. Possuin. Anton. de Literariis, Ochagau. Grand. Scor. 2. Tomobon. quos sequitur Diana parte 2. tractatu 14. resol. 37. & par. 5. tract. 3. resol. 54.

466 Haec mihi sententia probabilior. Licet enim cap. Relatum de consecr. dist. 2. iubeatur Sacerdos integra Sacramenta percipere, inibi carpuntur Sacrificantes, qui in aliquibus Missis nihil Sacrificij recipiebant. Et quamvis Synodus Toletana celebrata anno 1622. absolute prohibeat, ex Hostia diuidi ad Laici Communionem, particulam intelligo, quando possunt aliae formulae consecrari. Porro quod quidam asserunt, etiam in eo casu nullam subesse culpam, cum

nullum praeceptum vetet ex Hostia particulam diuidi: falsum omnino reor. Quia Rubrica Missalis de defect. Missae §. 10. n. 3. praescribens, ut infirmo detur pars Hostiae, si non sit alia consecrata: satis aperte prohibet, ne detur Hostia pars infirmo, nec à fortiori sanis, quando alia consecrata suppetit, vel facile consecrari potest. Culpa erit venialis.

PROBL. CXIV.

Cum Sacerdos communicat more Laicorum debet, & non debet stolam gestare.

467 Debet planè. Quia in cap. Ecclesiast. dist. 23. praescribitur: Cum Sacerdos ad solennia Missarum accedit, aut pro se Deo Sacrificium oblaturus, aut Sacramentum corporis ac sanguinis Domini nostri IESU CHRISTI sumpturus, non aliter accedat, quam oratio utroque humero circumscriptus, ita ut de uno, eodemque oratio ceruicem pariter, & utrumque humerum praeueniat, signum in suo appareat pectore crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debite subiacebit. Vnde colligitur, obligationem esse grauem, si quidem excommunicationis poena imponitur. Sic Homobon. tract. 4. p. 1. c. 11. g. 106. Nald. v. Missa, n. 6. Angel. v. Sacerdos n. 4.

468 Non debet. Quia textus ille loquitur de Sacerdote communicante, dum celebrat. Quod inde colligitur. Nam loquitur de sumente corpus, ac sanguinem Domini: cum Sacerdos communicans laicorum more, non sumat sanguinem sub specie vini, ac proinde hoc praeceptum non comprehendatur, nec peccat sic communicans sine Stola. Ita Syluest. v. Sacerdos n. 4. Nauar. c. 21. n. 54. Graff. l. 2. c. 40. n. 2. Fagund. prac. 3. lib. 3. c. 6. n. 1.

469 Verum textus ille loquitur de communione Sacerdotis extra celebrationem. Nam id videtur mihi magis consonum eius verbis sub distinctione referentibus Sacerdotem vel celebrantem vel communicantem. Nec obstat aduersariorum coniectura, nam olim etiam extra sacrificium fideles sub utraque specie communicabant. Vnde iudico, teneri Sacerdotes communicantes extra celebrationem stolam praeferre; haec ceremonia dimanans ex iure, receptaque praxi communi obligationem aliquam inducit. Ita significant Suar. d. 68. sect. 1. Azo. tom. 1. d. 10. c. 28. q. 12. Reginald. l. 29. n. 112. dum grauem solum obligationem sub mortali secludunt. Obligationem itaque adesse reor, sed non grauem, quia res nec admodum grauis, nec vsu communi tam grauis obligatio recepta videtur: sicut nec obligatio superpellicium gerendi, seu formandi cum stola in pectore crucem, siquidem haec à viris timoratis omittuntur. Et in hoc sensu verum erit, quod Pitigian. in 4. tom. 1. dist. 13. q. 2. a. 5. & Diana p. 2. tr. 14. resol. 20. dicunt, depreum illud iam abrogatum vsu contrario; intellige quoad excommunicationem, & quoad obligationem sub mortali.

PRO